

USUS PRACTICUS E VERSU II.

- (1) *Ex natione (Edomæorum h. l.) quandoque argumentum petere licet perfidia, levitatis, crudelitatis, &c.*
- (2) *Turpe est delationis vitium, quando innocenti creatur periculum, ut h. l. Davidi, vid. præc. VIII.*
- (3) *Ne des ansam suspicandi ampliorem, cum ardentem jam videris proximi inimicum: qualis h. l. Saul contra Davidem.*
- (4) *Quantum Sacerdotibus attractum sit linguâ hac unica pestilente excidium, legere licet 1. Sam. XXII, 16. seqq.*

USUS E VERSU III.

- (1) *Ne quis Gibbor, ex magnatum numero, suo abutatur robore, aut regis favore, ad perniciem aliorum, disficiendum sedulo.*
- (2) *Gloriatio aut jactantia iherosolymica, turpe in ethiopicis vitium.*
- (3) *Si nitatur illa opibus, officiis, rebusve aliis in se bonis, impingit contra primum, secundum octavumque præceptum: si verò gloriatur de malo, peccat contra omnia vid. Jef. III, 9.*
- (4) *Nullum melius solatium, quam gratiam Dei quotidie esse novam: Thren. III, 22. 23.*

USUS E VERSU IV.

- (1) *Lingua pernitiōse mala sunt infinita: Jacob. III, 6.*
- (2) *Deceptio tum hujus, ad quem fit delatio, tum damnū delati ipsius, aggravant calumnia crimen. De acumine telorum, gladii, novacula passim in sacris: vid. Psal. LV, 22. &c.*
- (3) *Lingua quo facundior, eo, si ab utaris, nocivior.*

USUS E VERSU V.

- (1) *Makim bono anteferre, ob spem lucri, honoris, voluptatisve alterius carnalis: satanicam arguit corruptionem. Diligamus & eligamus sobriè.*
- (2) *Mendacium impingit vel contra Deum, vel proximum, adeoque violat II. & VIII. præcept.*
- (3) *Loquendum juste, pro justis, &c. Eph. IV, 29. Phil. IV, 8.*

USUS E VERSU VI.

- (1) *Verba, sive dicta, sive scripta, perimentia aliorum sive conscientiam, sive famam, cavenda sedulo. Non diligenda illa, nec in aliis, nec in nobismetipsis, utut pro joco quandoque habeantur.*
- (2) *Dolus Deo per naturam displicet extreme: Psal. V, 5. 7.*

USUS E VERSU VII.

- (1) *Impiorum felicitas est momentanea: etiamsi instar palatii videantur apprimè firmi atque splendebant, destruentur tamen à Deo ipso: Psal. LXXIII, 4. seqq.*

DE PSALMI LIII. DISPOSITIONE

atque usibus dictum suprâ ad Psal. XIV.

PSALMUS LIII.

Psalmus hic, exceptis paucis verbis, præcipue *versu sexto*, idem planè est cum *Psalmodecimo quarto*. Causam repetitionis *R. Salomo* & ex eò *Lekach rof.* tribunt diversitate objectorum, quòd unus agat de Nebucadnezare, alter de Tito, cum uterque devastaverit templum Domini. Sic ferè &

A (2) *Impiis semel destructis præcisa spes omnis restorationis: in seculum enim diruti jacent.*

(3) *E tabernaculis suis, ad minimum in morte, miserè abeundum mundanis: Psal. XLIX, 18. seqq.*

(4) *Terram verè viventium attendunt pii imprimis, ut illic absque eradicatione vigeant in æternum. Conf. Job. xx, 5. CXL, II.*

USUS E VERSU VIII.

(1) *Iusti non susque deque habent casus apertè injustorum: vident, observant tum acta, tum fata, timent: vid. Psal. XXXVII, 35. LXXIII, 17.*

(2) *Rifus Piorum non est satanicus, sed gaudium arguit in Dominò spirituale. Timent Dei severitatem, adversus hostes exercitiam; rident gaudentque de gratiâ divinâ, fermè in dubium vocatâ, nunc tamen benignè adeò comprobatâ. vid. Psal. LVIII, II.*

USUS E VERSU IX.

(1) *Exempla recentia antiquis meritò annumeranda: Ecce!*

(2) *Etiamsi magnus quis Vir sit coram mundò, brevi tamen spectaculum fieri potest cum Hamane longè conspicuum.*

(3) *Deum pro robore vel propugnaculo suo non agnoscens, robore se destitutum deprehendet penitus, ingruente periculò.*

B (4) *De vanitate fiduciæ in divitiarum copiâ vid. præc. I, & VII.*

(5) *Confidens astutiæ ac vafriciæ propriæ, sciat, se autorem simul primarium venerari mendacii patrem Joh. VIII, 44.*

USUS E VERSU X.

(1) *Piorum gloria maxima, in paradiso Dei spirituali, se instar arborum florere fertiliū; Psal. I, 3. Jef. LXI, 3. Joh. XV, 1. seqq. Sterilibus verò similes sunt impii, igni propediem immittendi: Psal. XXXVII, 35.*

(2) *Domus Dei viridarium omnium nobilissimum. vid. Psal. XCII, 14. Annitemur itaque precibus ac indefessò pietatis studio, ne unquam ex hac viventium terrâ exturbemur.*

(3) *Fiducia in gratiâ divinâ perflare debet in seculum immota: contra dubitat. papist. L. de fidei certitud.*

USUS E VERSU XI.

C (1) *De celebratione Dei perenni vid. præcept. I. item L. de vitâ æternâ. Absit itaque oblivio, fastidium, novorum cura, &c.*

(2) *Deus solus est, qui omnia benè fecit, facit, faciet: Psal. XXXIX, II. XXXVII, 5. 1. Pet. V, 7. Marc. VII, 37.*

(3) *Utut desperet ratio ac mundus totus, pii tamen in nomine Dei spem ponunt firmam, utpote quod nunquam noxium, nunquam fallax, nunquam infirmum, &c. deprehensum.*